REVERENDISSIMO, ILLUSTRISSIMO,

ET

EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. PHILIPPO FRANCISCO WILDERICO NEPOMUCENO

S. R. I. COMITI

DE

WALDERDORF

IN MOLSBERG, ET ISENBURG,

ECCLESIÆ METROPOLITANÆ TREVIRENSIS DECANO, CATHEDRALIS SPIRENSIS CANONICO CAPITULARI, INSIGNIUM COLLEGIATARUM ECCLESIARUM, S. PAULINI EXTRA, ET S. SIMEONIS INTRA MUROS TREVIRENSES PRÆPOSITO,

DOMINO TEMPORALI SATRAPIÆ KYLBURGENSIS, IN RHAMSTEIN, CORDEL, THIESBURG, FILZEN, GEROLFANGEN &c. &c.

SERENISSIMI D. N. ELECTORIS ARCHIEP. CONSILIARIO INTIMO, CONSILII ELECTORALIS AULICI PRÆSIDI, ET AUGUSTÆ TREVIRORUM URBIS PRO-PRINCIPI,

INCLYTI ORDINIS ELECTORALIS BAVARICI S. GEORGII ARCHICOMMENDATORI,

DOMINO AC MECAENATI MEO

GRATIOSISSIMO.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:1-525450-p0003-6

REVERE
LENT
D

ſuſcipiens:
in hujus M
dem ſedem
ANNES
jucundiſſima
SIMUS EL
vocare adſol
ſidio Conſilii
centiſſimæ ſit
bonus civis,
dem urbis hab
quâvis exempt

REVERENDISSIME, ILLUSTRISSIME, & EXCELLENTISSIME DECANE & PRO-PRINCEPS, DOMINE DOMINE GRATIOSISSIME.

Primi in jure periculi, quod tento, pagellas, patere, ut illuſtriſſimo Nomini Tuo devotus conſecrem: id auſuro ſuaſit ſingularis illa comitas, quam ſoles academicis exhibere, ultra quàm ferè Dignitatis Tuæ celſitas permittat, literis vacantium patronus, quia literatus ipſe, juris præſertim utiliori ſtudio in adoleſcentiâ ſolerter addictus, eidem in juventute obſervationibus praxeos atque politiæ augendo varia in longinquas terras itinera ſuſcipiens: quâ eminente induſtriâ factum eſt, ut brevi tempore ab ingreſſu in hujus Metropolitanæ Capitulum ſuffragia Te unanimia eveherent ad eandem ſedem Decanalem, quam Eminentiſſimus glor. memor. patruus, JOANNES PHILIPPUS, *dum in Archiepiſcopatûs Coadjutorem eligebatur, jucundiſſimâ ſuî recordatione comparatâ an.* 1754 *dimiſit: mox* SERENISSIMUS ELECTOR, *qui nonniſi viros ſelectos in partem ſollicitudinis ſuæ vocare adſolet, vicarium auguſtæ urbis noſtræ principatum adjecit cum præſidio Conſilii aulici; quanto civium tripudio, jam non deſcribam, cùm recentiſſimæ ſit res memoriæ; bonus nempe gratûsque Trevir meminit, quàm bonus civis, civiûmque pater fuerit celſiſſimus ille patruus Tuus, dum easdem urbis habenas annis plurimis regebat, totius amor, amantium oblivione quâvis exemptus* WALDERDORFIUS; *cujus meritum, ſi quidem ſuperari*

poſſet,

poſſet, *à* TE *id profectò exſpectaretur, quem generoſa natura, liberalis educatio, congenita nobilitas animi, nil niſi, quod æquum, bonum, juſtum eſt, ſinunt ſpirare, facere, permittere. Servet igitur fidelis Trevir charum ſibi Proprincipem diu, doliturus, ſi, quod iſte quidem meretur, ille verò imminens ſubveretur, ad celſius ſubſellium evocaretur patriâ, à dilecto* SIBI *cive avulſus. Ego verò theſes has meas celſis* EXCELLENTISSIMÆ DIGNITATIS TUÆ *manibus demiſsè offerens, protectioni illi, quâ orphanos ſingulariter tueris, me commendo orbatum utroque parente, patre cive academico, qui ultra viginti annos juris civilis cathedras hìc rexit, mihique, primum lac jurium aliunde haurienti, cùm ipſe duriorem Digeſtorum & Codicis panem filio frangere cogitaret, labore fractus obiit præmaturam mortem, aliis imperfectum opus, eheu, relinquens perficiendum, reliquam fortunam Providentiæ, hujúsque miniſtris, committens, quorum è numero eſſe velis, enixè rogo, profundiſſimo reſpectu perſeverans*

REVERENDISSIMÆ & ILLUSTRISSIMÆ
EXCELLENTIÆ TUÆ

Servorum infimus
J. J. N. Nalbach.